



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

cap. 2. De effectu huius Conformitatis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

CAP. II.

De effectu huius Conformitatis.

Effectus, quem hæc in animâ causat conformitas, fructusque inde proveniens mirabilis est: huius voluntatem nostram non solum efficit supernaturalem, sed etiam Deiformem & Deificam: Est autem Deiformis seu Deifica, quâ quidquid volumus, per Dei gloriam volumus. Nam sicuti voluntas sancta conformiter docet Angelicus, vocatur voluntas divina, per participationem, in quantum est nata obedire Deo, ita humana dici potest Divina & Deifica, per participationem, in quantum est nata obedire Divino, formando nostram cum Divinâ.

S. Bernardus supra verba illa Apostoli: *Non revelatâ, facie gloriam Domini, exponit (voluntatem Domini) speculantes, in eandem imaginem transformamur.* Unde concludit: Transformamur, cum conformamur: quia conformare se cum voluntate Divinâ idem est, quod in illam transformari, & Deificari. Et si per scrutatio Majestatis formidolosa, subjungitur: *Sanctus, quia scrutator Majestatis opprimatur gloria: sed voluntatis (scilicet scrutatio) tamquam pia.*

Quare conformitas merito appellatur à D. Bonaventura & aliis *Deiformitas*: *Conformitas est Deiformitas*. Qui est virtus quædam, quæ format, & quasi informat animam nostram novâ quâdam & Divinâ formâ, quæ est voluntas Dei, & dum Natura Dei se communicat sua quoque Divina communicat attributa. Primum efficit animam immobilem, cum soli voluntati Divinæ immutabili innititur: *Tunc enim mens humana à voluntate libera est, cum Deo innititur: quia solus Deus immutabilis est: Ego Deus, & non mutor.* Secundum facit eam impeccabilem, quia *Peccatum est contra legem eternam, quæ est voluntas Dei, aut est voluntarius à Deo.* Summa vinâ regulâ, in eâ, voluntate recessus. Qui ergo semper se conformat.

conformat voluntati Dei, conservando se in hoc statu, non peccat, nec peccare potest. Reddit quoque animam quodammodo omnipotentem: *Qui sunt volun- S. Bon. 10. 2. tati Divina conformes, sunt quasi Divina voluntatis, Diat. Salut. impotentibus.* Mutant namque voluntatem propriam tit. 8. c. 1. p. in Divinam, quæ in illis rebus, quas Deus absolute vult, p. 9. 19. art. *semper implentur.* Insuper virtus hæc animam adimplet 6. *omni consolatione & dulcedine: Non est aliud spirituale gaudium (docet S. Bonaventura) quam spirituales con- S. Bonav. formitas cum voluntate Dei. Et tale est, ut superet, Diat. salut. tollatque omnem amaritudinem. Sit quantumcunque tit. 8. cap. 1. tribulatio, quocumque in illâ consideratur Divina som. 2. voluntatis beneplacitum, grata redditur, & amabilis, Quia juxta doctrinam Angelici: Qui amat aliquid se- S. Th. cõtra cundum se. & propter se ipsum, amat per consequens omnia, Gen. c. 76. in quibus illud invenitur, ut qui amat dulcedinem per se ipsam, operiet, quod omnia dulcia amet. Hæc dulcedo per essentiam est voluntas Dei: ergo non tantum est amabilis in se; sed etiam quodcumque aliud objectum tale efficit, ubicumque reperitur: neque duntaxat dulcem apparere facit voluntatem Dei; sed etiam tribulationem, quocumque loco & tempore invenitur illa.*

CAP. III.

De objecto huius Conformitatis.

Objectum voluntatis nostræ, in quantum conforme voluntati Dei, idem planè est cum objecto voluntatis Divinæ. Cùm enim voluntas nostra fiat res eadem cum voluntate Dei, velle & non velle debet id, quod vult & non vult Deus. Hanc esse veræ conformitatis regulam docet S. Bernardus: *Quod certum est sub. nost. Deum velle, omnino velle: & quod certum est Deum nolle, vult. Div. omnino exetari; at quod dubium est, suspensam habere voluntatem, donec certò constet. Quæ de causâ virtus amanda est, compertum enim habemus, eandem amari à Deo: virtum odio persequendum, certum namque est,*